

CIRCARIA BURGUNDIAE

Sita erat haec circaria in vertice duarum nationum, duarumque culturarum. Nihilominus omnes canoniae eius praeter unicam Gottstatt erant linguae gallicae, etiamsi religiosi germanicae stirpis in abbatiis Belleagiensi. Humilismontis et Fontis Andreae numquam defuerint. Extendit se circaria super Helvetiam occidentalem, duae abbatiae tamen erant sitae in partibus finitimus Galliae, medio aevo vero non in ipso regno Gallico, sed in „Comitatu“ (Franche Comté) qui anno 1672, et in Comitatu de Montbeliard, qui anno demum 1801 Galliae sunt uniti.

Haec pars Helvetiae ab anno 1127 fuit sub dominatione ducum de Zähringen, qua stirpe extincta ab anno 1218, in ditione diversorum dominorum saecularium inter se contendentium, maxime comitum Sabaudiae, et etiam ecclesiasticorum. In fine multis in locis praevaluerunt civitates, dominatio helvetica vero definitive nonnisi post suppressionem canoniarum.

Aliquid omnino speciale fuit in hac regione sic dicta „comburgensia“ (combourgiosoie, Burgrecht), quam contraxerunt abbatiae cum pluribus civitatibus vicinis, cuiusque vigore civitates tenebantur tueri monasteria brachio suo saeculari, illa autem solvere tallias civitatibus in casu belli. Sic Gottstatt contraxit comburgensiam cum Biel, Nidau et Solothurn. Omnis abbas neoelectus tenebatur ad renovationem huius contractus.

Hierarchice circaria pertinuit ad dioceses Lausanensem. Basiliensem et Bisuntinensem.

In sua evolutione et indole canoniae huius circariae, etsi ad imperium Germanicum pertinerent, illis Galliae potius sunt similes. Ab initio erant abbatiae, titulus praepositi non existebat. Commendae vero non erant in usu,



Decretum abolitionis monasteriorum duplicitum rigorose ca. annum 1140 in praxim est deductum, moniales sunt translatae in loca remotiora et ibidem saeculo XIII extinctae. Monasteria paulo post annum 1140 fundata ut Fons Andreae, Bellus Campus, probabiliusque etiam Bellelagia, non amplius erant duplicita, nec umquam in posterum parthenones separatim a canonii viro-rum fundati tolerabantur.

Ordo noster in Helvetia occidentali maximi erat ponderis, ex abbatis eius praesertim Bellelagia et Lacus potentia et divitiis praecellebant. In Burgundia gallica vero Cisterciensium ordo adeo praevalebat, ut pro fundationibus in favorem nostrum vix amplius esset locus. Duae vero domus, quas ordo ibi possedit, erant conspicuae, et Corneolum considerabatur ut domus primatalis totius circariae. Anno 1523 abbatia Portae Coeli (Himmelpforten, cf. circariam Sueviae) tamquam prioratus abbatiae Bellelagiensis est subdita et ideo a suevica ad burgundicam circariam transit.

Saeculo XVI non tantum maior pars Helvetiae occidentalis, sed etiam comitatus Montis Biligardi ad protestantismum transiit, ita ut annis 1528/36 circaria abbatias Lacus, Bellicampi, Locum Dei et Fontem Andreae amiserit. Humilis Mons, in catholica republica Friburgensi situs, anno 1580 a Societate Jesu est abreptus, ideo in fine illius fatalis saeculi nihil superfuit nisi Bellelagia et Corneolum. Prima anno 1672 cum Porta Coeli circariae suevicae se aggregavit, secundum iam anno 1622 circariae Campaniae nomen dederat, et ita circaria Burgundiae extincta est.

Floruerunt ambae hae canoniae, praesertim Bellelagia, usque ad revolutionem gallicam. – De canonii saeculo XVI suppressis praeter Locum Dei, qui integer quasi subsistit, nonnisi pauca rudera supersunt, quae parum valent quoad artem et historiam. Quae supersunt in Corneolo, aequae sunt parvi momenti, sed elegantes aedes Bellelagienses cum pulchro suo templo – proh dolor profanato – integra fere supersunt.

Apud series abbatum omisimus abbates titulares. Saeculis XVII et XVIII nempe plures tales sunt nominati sub titulo Fontis Andreae, et praesertim Belli Campi, quo fere omnes procuratores ordinis Romae sunt insigniti.

In decursu saeculi XVII, Circ. Lotharingiae paulatim decrevit per ortum et progressum Congregationis Antiqui Rigoris. Capitulum Generale an. 1657 Corneolum et Bellelagiam attribuit Circariae Sueviae, dum monasteria Galliae Orientalis, quae nondum dictae Congregationi nomen dederant, considerabat tamquam circaria quodammodo provisoria absque nomine. Anno 1672, Bellelagia definitive attribuitur Sueviae, dum Corneolum – ut de facto iam ante – mansit fidelis praefatae circariae provisoriae, quae ab anno 1686 vocabatur „Circ. Burgundiae et Campaniae“. Nomen tamen „Burgundiae“, currente saeculo sequenti, paulatim obsolevit.

BELCHAMPS B.M.V.

Bellus Campus, Belchamp.

Non longe ab origine fluminis Doubs, Commune de Voujeaucourt. Dép. du Doubs. Dioc. Besançon, Gallia. Usque ad an. 1801 sita erat in comitatu Montbeliard. qui, quondam sui juris, anno 1407 per hereditatem addictus est duci Württembergensi. – Vitetur confusio cum Belchamp prope Luneville, qui fuit canonica OSA.

Abbatia, fundata inter annos 1142 et 45 a Theodorico III comite de Montbeliard, filia Corneoli Anno 1183 dedicatio ecclesiae. Authentice probari nequit, hanc canoniam umquam fuisse monasterium duplex, nec moniales dein fuisse translatas in curiam Vaux-les-Vernois, quae medio saeculo XV facta est prioratus simplex (v. infra). Aliae ecclesiae incorporatae et administratae: Exincourt, Chèvremont, Voujeaucourt, Hérimoncourt, Vaneloncourt, Valentigney, et Brevilliers. Anno 1189 Clemens Pp. III statuit, ecclesias istas abhinc fore administraturas per quatuor vel ad minus per tres canonicos abbatiae, ex quibus episcopus elegerit parochos. Abbates ineunte saeculo XIV (1311) iam videntur fuisse insulati. Anno 1536 dux Württembergiae, toparcha loci, qui amplexus fuerat protestantismum, suppressit canoniam. Conventus cessit in Corneolum, ubi anno 1584 adhuc elegit abbatem. Bona extra comitatum Montis Biligardi sita postremo addicta sunt illi abbatiae. Belchamps facta est praedium, dein anno 1615 fabrica. Anno 1631 per Edictum Restitutionis de jure Ordini est restituta, sed ille jura sua de facto recuperare non potuit. Saec. XVIII procuratores Ordinis Romae et abbates quidam titulares insigniti sunt titulo Bellicampi. Anno 1725 omnia sunt combusta, et anno 1768 alienata laicis. Pauca tantum rudera supersunt.

Archivalia: Arch. Dep. du Doubs, Besançon: 36 fasc. 1162/1682 – Item du Haut-Rhin, Strasbourg, Régence d'Ensisheim: 90 acta 1548/1606, Item de la Haute-Saône, Vesoul: G 108 (1183); H 848/884 (1261/1706) – Arch. de Montbéliard: acta et diplomata – Biblioth. Municipale de Besançon: Inventarium bonorum, Notae historicae saec. XVIII/XIX – ACG Laon 673 (de restauratione intenta an 1630) – BMun Nancy: MS 992/1750, 234, 278. –

Bibliographia: CALMETTE-CLOUZOT cf. ind. 494 – COTTINEAU 325 – DHGE Art. Belchamps – DORMIER 296 – DOUET D'ARCCQ, ISAN 8149 – Gall. Chr. XV 142 – HUGO Ann. I 297 – JL 17388 – LAUER I 309, 435 – Lettr. com. Jean XXII 25 359, 25 361, 55 089, 55 198/99, 60 230 – LOYE II 130/31 – RICHARD I 402, 415, II 27, 163, 204, 206, 291 – TREVILLERS 213 – TROUILLAT I/V cf. indd. – WAEFELGHEM 26 – B. BLIGNY, L'église et les ordres religieux dans le Royaume de Bourgogne aux XI et XII^e siècles (Collection des Cahiers d'Histoire publiée par les Universités de Clermont, Lyon et Grenoble IV, 1960) pp. 208/10 – N. BOUCHEZ, Mémoire historique sur l'Abbaye de Belchamps, Belfort 1865 – N. DUNOD, Histoire de l'Eglise, Ville et Diocèse de Besançon, B. 1750,

II 482 – P. DUVERNOY, Ephemerides du Comté de Montbéliard, Besançon 1832 – IDEM, Notice sur l'ancienne seigneurie de Héricourt – IDEM, Notices sur les villages détruites de l'ancien comté de Montbéliard – L. F. GOGUEL, Thèse d'Histoire ecclésiastique sur l'introduction de la réforme dans le pays de Montbéliard, Strasbourg 1825 – U. ROBERT, Testaments de l'Officialité de Besançon 1265/1500, Paris 1902, II 212 – C. TOURNIER, Le catholicisme et le protestantisme dans le pays de Montbéliard, Besançon 1894, 60 – IDEM, Le protestantisme dans le pays de Montbéliard Besançon 1889, 29 – L. VIEILLARD, Documents et mémoires pour servir à l'Histoire du territoire de Belfort, Besançon 1884, 337 – J. VIENOT, Histoire de la Réforme dans le pays de Montbéliard 1524/73 XXVII 1900, 1/356, XVIII 1900, 1/358 – Mémoires de la Société d'Emulation de Montbéliard

Series abbatum (Bouchez, emend. a Trevillers)

| | |
|--------------------------------|--|
| Firminus 1142 vel 1145 | Benedictus 1344 |
| Petrus 1147 | Petrus de Faucogney 1355 |
| Conradus 1162 | Reginaldus 1367 |
| Nicolaus 1173 | Reginaldus de Champey 1392/1403 ¹ |
| Richardus 1180 | Joannes Vaulchier 1415/25 |
| Balduinus 1181 | Joannes Bernard 1437/44 |
| Humbertus I 1187 | Joannes Blanchon 1444/57 depos. |
| Humbertus II 1189 | Gulielmus Fallet 1457/1511 |
| Cuno 1229 | Joannes Vaucher 1511–17 |
| Werner 1255 | Joannes Laichot 1517/25 |
| Joannes de Tremoins 1277/1306 | Hugo Saiguin 1525/46 |
| Petrus 1311 | Petrus Vouvron 1546/48 |
| Joannes 1311 | Nicolaus Avesne 1548/54 |
| Fromundus 1325 | Reginaldus Mailly 1554/86 |
| Reginaldus de la Chapelle 1335 | Hugo Mauldinet 1586 |

(Ultimi quatuor electi sunt Corneoli. Abbates titulares omittimus)

Inseri nequeunt: Henricus (Necr. Vicogne 21. I, Anal. Praem. 1975, 131)
Durandus (ibidem 22. II; MS Nancy 995/III 253b)

BELLELAY (Stus. Himerius), postea (ab an. 1192) B.M.V. et S. Petrus.

Bele-, Beli-, Belle-, Bellilagia, -lai, -laye, -lae, -le. Bellale, Bella Lagia, Bale-laia, germanice: Belleläen.

Prope Tavannes, in cantone Jura, Dioec. Basel, Helvetia. Primitus sita in territorio principis episcopi Basiliensis, postremo independens fuit omnino, dominium eius vocabatur „La Courtine“.

¹ ROBERT, Testaments (l. c.).

Abbatia insignis, una de praeclarissimis omnium ordinum in Helvetia. Fundata est a Siginando praeposito ecclesiae collegiatae de Moutier Grandval, et quidem secundum traditionem anno 1136, revera autem potius inter annos 1140 et 42.¹ Filia Lacus Jurensis. Filiae eius erant Grandgourt et Gottstatt. Parochiae incorporatae et administratae eius erant numerosae; usque ad saeculum XVI tantum sequentes: Tavannes, Neuveville, Longeau, Perles, Bévilard, Chindon (in quas vero jus praesentationis etiam in postrem exercuit), usque ad suppressionem vero: Boécourt, Bassecourt, les Genevez, Montinez. Parochus in Bassecourt titulo prioris erat insignitus, sed abbatia habuit insuper duo prioratus maiores, quandam abbatias: Grandgourt, de quo vide infra, et Himmelpforten in Baden (Circ. Sueviae). Anno 1415 abbates, qui usque ad annum 1743 praesidebant synodo cantonalii Basiliensi, infulati sunt. Praebendam habuerunt insuper canonicalem in Collegiata vicina Moutier Grandval. Canonia habuit etiam comburgensiam cum civitatibus Bern, Biel et Solothurn. Annis 1417, 1499 et 1556 igne combusta est canonia, quae anno 1672 se adiunxit Circariae Sueviae. Saeculo XVIII optime floruit, et habuit generatim 40 canonicos. Anno 1772 instituit collegium celebre cum gymnasio, et anno 1782 ei commissum est insuper collegium in Porrentruy, antea a Societate Jesu directum. Abbatia, quae usque in finem semper enituit bona disciplina, in culmine splendoris et prosperitatis suppressa est a Gallis invasoribus anno 1797. Communitas tunc erat 35 canonorum, quorum maior pars dein cum abbatie aufugit in prioratum Portae Coeli (Himmelpforten), usque ad suppressionem et illius anno 1807. Vastae aedes canoniae successive profanatae sunt in fabricas horologiorum, vitreorum et cerevisiae, ab anno 1899 vero usque hodie inserviunt tamquam manicomium. Ecclesia per pulchra et ampla, annis 1706/19 consecrata, profanata est et spoliata omnino. Quatuor altaria et duae picturae nunc asservantur in Saignelegier, organum vero in templo protestantium in Chaux-de-Fonds. Ecclesia nuper optime restaurata est, etsi cultui religioso non sit redita.

Archivalia: in Archivo Status in Bern admixta sunt archivis princ. Episc. Basi-

¹ Confirmatio papalis anni 1142 prima est mentio authentica canoniae Belleagiensis. Neque in illa, neque in aliis documentis invenimus vestigium ullum de sororibus, vel de translatione earum in alium locum. Atqui si esset fundata revera anno 1136, certe fuisset initio monasterium duplex, ut Lac de Joux et Humilimont. In regione Basiliensi generatim confirmationes pontificiae mox fundationem ipsam sunt secutae (exempli gratia apud ecclesiam collegiatam de Moutier Grandval, cf. Trouillat), ergo possumus concludere fundationem Belleagiæ ope Siginandi Praepositi e minimis initii anno 1136 fuisse coepit, sed de facto annis 1141/42 per Ortliebum de Froburg, episcopum Basiliensem, quem antiquius necrologium nuncupat fundatorem, esse perfectam.

leensis, quondam Pruntruti, ubi est et cartularium Bellelagiense 1142/1414. – Arch. de l'Ancien évêché de Bâle, Porrentruy A 16, B 133, Revol. Française dossiers 771, 837, 866 – Necrologium nuper detectum s. XVII nunc est in abbatia Daylesford (USA), editum est a N. BACKMUND o. c. – ACG Laon 675 – BMun Nancy MS 992/1750, 92/220, 173/74. –

Bibliographia: BERGER 4384 – BRACKMANN Helv. Pont. 248/51 – BRUNNER 724 – BÜNGER 153 – DHGE VII 856 – CAL METTE/CLOUZOT cf. ind. 494 – COTTINEAU 331 – Dict. geogr. Suisse I 177, ed. germ. I 182 – DHGE art. Bellelay – FRBenn I/VII cf. indd. – Gall. Chr. Ed. Haureau XV 592/600 – GOOVAERTS I 9, 34, 35/36, 49, 153, 241, 276, 280, 337, 370, 395, 600, 619; II 10, 28, 165, 174, 350/52, III 35, 171, 204, IV 176, 195, 207 – HIRSCHING I 326/28 – HBISchweiz II 84/85 – HOLZHALB I 187 – HUGO Ann. I 269, prob. 210/28 – JL 8211, 9262, 14617 – Lettr. com. Jean XXII 55090, 55093, 58575 – LEU III 35/40 – LThK II 130 – LIENHARDT Eph. Hag. 97, 113, 357 – LOHNER 659/61 – MGH Ep. Sel. II 478 – MÜLINEN I 205/08 – POTTAST 13140 – Reg. Ben. XII 6278/79, 8157 – RepGerm. I 193, III 14, 145, IV 198, 1009, 1211, 3412 – RIEDER 668 – SIEBMACHER 11 (18) – STEFFENS/REINHARDT I 69, II 325, III 177, 366 – TREVILLERS 57 – TROUILLAT I/V cf. indd. – WAEFELGHEM 27 – ZAK PAM – G. AMWEG, Bibliographie du Jura Bernois, ancien évêché de Bâle, Porrentruy 1928, 128/31 (bibliographia completa) – N. BACKMUND, Ein neuentdecktes Nekrolog von B. (ZschrSchwKG 1950, 252/56) – P. BARBIER, L'Abbaye de B. en 1797 (ActSEmJur 1904, 229/32, 241/45, 257/61, 244/76 et in Anal. Praem. VIII (1932) 218/42 – Basler Chronick edd. C. WURSTISEN, Basel 1580, I 9 et C. SUDANUS in „Basilea Sacra“, Bruntrutii 1658, 280/84 – A. BOITEUX, Conquête par la France 1797 de l'Abbaye suisse de B., faisant partie du diocèse de Besançon (BSEmDoubs 1906, 113/26) – D. FRANK, B. und seine Geschichte (Vom Jura zum Schwarzwald V, Aarau 1888, 295/311) – A. FROIDEVAUX L'abbatiale de B. (Anal. Praem. XXXVI 1960, 156/60) – E. GANTER, La resurrection de B. (ibidem XXXV, 1959, 318/24) – F. JABAS, Monuments historiques du Jura Bernois, Neuchâtel 1929, 161/72 – S. KÖHLER/V. MOINE et alii, E Cinere Phoenix. La Renaissance de Bellelay, Delémont 1971 – G. MADELAINE, Le Graduel de B. (BN VI, 1904, 117 sv. cf. AOP X, 1914, mars) – P. MANDEBERT, B., traditions, monuments, histoire (ActSEmJur IX 1857, 112/70) – C. A. MÜLLER, Das Buch vom Berner Jura, Derendingen 1953, cf. ind. – J. NUNLIST/A. MEMBRÉZ, Katholische Kirchen des Bistums Basel, Kanton Bern (Französischer Teil des Berner Jura), Olten 1938, 683/87 – A. QUIQUEREZ, Notice historique sur l'Abbaye de B. (ActSEmJur IX, 1857, 84/111) – C. REVEL, B. et Neuveville, ibidem 170/75 – P. SAUCY, Histoire de l'ancienne abbaye de B. Porrentruy 1869, 2a ed. 1958 – S. SCHWAB, Das Kloster B. (Berger Taschenbuch 1892, 1/30) – L. VAUTREY, Histoire des évêques de Bâle, Einsiedeln 1884, I 157 et passim – IDEM, Une visite au collège de B. en 1784 (Monatsrosen des Schweizerischen Studentenvereins XIII, Luzern 1869, 279/84, 387/93) – A. Wyss, Die ehemal. Präm. Abtei B. Eine Architektur-histor. Monographie (Basler Studien zur Kunstgesch. N. S. 2, Bern 1960) – Catalogi canonorum impressi sunt Pruntruti ab anno 1775 – Necrologium s. XVIII, recentiora continens tantum, ed. C. NICOLET in CTravEmJur 1852 78/96. Alterum brevius nuper detectum, est (vide supra).

Series abbatum (Saucy, emend. a A. Rais)

Geroldus 1142–80

Adam 1195

Ludovicus 1187, res. † 1202

Richard 1202–37

| | | | |
|-------------------------------|-----------|----------------------------------|---------------|
| Henricus de Soulce | 1237–56 | Joannes Rier | 1448–56, res. |
| Jacobus | 1256–58 | Joannes Gruel (Grier) | 1456–83 |
| Conradus | 1258–70 | Joannes Barth | 1438–90 |
| Guido | –1282 | Joannes Brullard | 1490–1508 |
| postea abb. generalis | | Nicolaus Schnell | 1508–30 |
| Petrus de Varres | 1289/96 | Joannes Gogniat | 1530–53 |
| Burchardus de Boécourt | 1298–1316 | Servatius Fridez | 1553–61 |
| Lambertus | 1316–26 | Antonius Frottel | 1561–74 |
| Petrus de Sancey | 1326–36 | Joannes Simon Feunat | 1574–79 |
| Henricus de Bassecourt | 1337–50 | Werner Spießbrecher (Briselance) | 1579–1612 |
| Petrus de Vannes | 1350–54 | David Juillerat | 1612–37 |
| Jacobus de Bienné | 1354–58 | Joannes Petrus Cuénat | 1637–66 |
| Joannes de Bassecourt | 1358–65 | Joannes Georgius Schwaller | |
| Joannes de Seprais | 1365–74 | 1666–91 | |
| Joannes de Pontenet | 1374–98 | Norbertus Periat | 1691–92 |
| Joannes Donzelat | 1398–1401 | Fridericus de Staal | 1692–1706 |
| Henricus Nerr | 1401–18 | Joannes Georgius Voirol | 1706–19 |
| Heinzmann (Henricus) Girardin | 1418–26 | Joannes Sémon | 1719–43 |
| Joannes de Chatelât | 1426–34 | Gregorius Joliat | 1743–71 |
| Petrus Martini | 1434–38 | Nicolaus de Luce | 1771–84 |
| Heinzmann (Henricus) | 1438–48 | Ambrosius Monnin | 1784–1807 |

CORNEUX B.M.V.

Corneolum, -neuil, -nul, -nulum, -neyolum, -niolum, -nuel, Courneux, -nuel, -neuf, -neul.

Commune de St. Broing-Corneux. canton de Gray, arr. de Vesoul, Dép. de la Haute Saône, Dioc. Besançon, Gallia. (Antiquitus Franche Comté).

Abbatia. Anno 1131, de rogatu toparchae regionis Sigismundi de Beaujeu et fratri eius Hugonis, Rainbaldus canonicus regularis Ord. Sti. Augustini, abbatiae Sti. Pauli Bisuntinensis, fundaverat prioratum ordinis sui in Corneolo, quem anno 1134 Ansericus archiepiscopus Bisuntinensis, consentiente fundatore, tradidit Praemonstratensibus e Sto. Martino Laudunensi¹, qui ibi

¹ Lairuelius scribit p. 394: Corneolum filia Sti. Martini, vel ut alii volunt, Ecclesiae Vitis. Certe occurrit hic quaedam confusio, quia Vitis, id est La Vid in Hispania, decennio post Corneolum, anno nempe 1144 est fundata. Cf. etiam infra notam sub voce Grandourt.

erexerunt abbatiam. Dotatio facta est per comites Burgundiae, per nobiles de Beaujeu, de Pesmes et aliis. Confirmatio pontificia anno 1141. Filia: Belchamps. Regio, quae fuerat invia et paludosa, vix ad habitandum apta, per laborem religiosorum, in duodecim curias distributorum facta est fertilis. Ecclesiae incorporatae jure patronatus: Gy, Bucey les Gy, Champtonnay, Cresancey, Motey sur Saône, Pesmes, Sauvigney les Pesmes, Vadans les Planches, Vénère. Incorporatae simul et administratae: Gray, Saint Broing, Battrans (prioratus simplex, probabiliter vero numquam domus formata), Velesmes, Sornay. Ex amplo archivo superstite nullo modo patet Corneolum initio fuisse monasterium duplex, attamen hoc nobis videtur esse probabile. Vide infra sub voce Vaux-le-Moncelot. Abbatia, quae videtur medio aevo primum locum habuisse in circaria, erat potens et spectabilis, magna habuit merita pro cultura terrae hac in regione et per saecula direxit insigne collegium cum gymnasio in Gray, quod tradidit tamen Societati Jesu anno 1653. Habuit abbates regulares usque in finem. Anno 1622 aggregata est circariae Campaniae. 1663: 8, 1768: 12 canonicos habuit. Redditus anni 8349 libramur. Anno 1708 in locum vicinum salubriorem est translata, anno 1753 novae aedes fuerunt perfectae. Anno 1790 suppressa est. Ecclesia perpulchra, annis 1759/63 constructa, mox eversa est, pauca rudera de ea supersunt. Cetera supersunt integra tamquam castellum et praedium.

Archivalia: Arch. Dép. Vesoul: multa extant archivalia. 28 voll. MSS, 88 fasciculi (H 745/849), qui continent 1056 dipl. 1133/1793 – Arch. Dép. du Doubs: B 524, B 507, H 1 fasc. 1607/1773 – BMun Besançon: Coll. Droz (Extracta cartularii s. XVIII; Coll. Duvernoy et Coll. Dunand, de quibus vide CatMSSBDép XXXII, XLV) – AGR Bruxelles, Arch. Cons. d'Et: 1 fasc. 1639/73 – Arch. Dép. Calvados H 30 – ACG Laon 673 – AAPa VII 69 – Bibl. Nationale Paris: Fonds Moreau, 875f., 384/96 – Annales MS in Bibl. Seminarii Bisuntiensis.

Bibliographia: BLINGNY 208 – CALMETTE/CLOUZOT cf. ind. 539 – Cat. Fact. I 532 – CHEVALIER 798 – COTTINEAU 879 – DARAS ANF 56 – DHGE XIII 899 – DORMIER 296 – DU TEMS II 139/41 – Form. Pr. 131 – Gall. Chr. Ed. Hauréau XV 311 – GOOVAERTS I 49, 168, 288, 495, IV 33, 39, 315 – HOBERG 148 – HUGO I 549, prob. 454/60 – Inv. Arch. CE nr. 1200 – LECESTRE 45 – Lettr. com. Jean XXII 358, 634 – LOYE II 130 – POTTIAST RPR 1264, 18 150. Reg. Honorii III 25 885, Urbani IV nr. 2938, 2940/42 – PRESSUTTI 477 – RICHARD I 353, 550, II 28 – STEIN nr. 1068 – TREVILLERS 75, 216 – VALVEKENS Chap. Gen. Despr. cf. ind. – WAEFELGHEM 67/68 – WIRZ II 332 – D. CHOMEL, Corneux-St. Broing (Le Pays Comtois, Besançon, Juillet 1936, 433/34) – GATIN, BESSON et GODARD, Histoire de la Ville de Gray et de ses monuments, Paris Nouv. ed. 1892, passim – J. GAUTHIER, L'église et les inscriptions de l'abbaye de Corneux (Bull. Soc. agricole, lettres, sciences arts de la Hte Saône, 1889, 229/49) – L. GIRARDOT, L'abbaye de Corneux – l'église abbatiale (Courrier de Mondaye 34/35 Avr. Sept. 1953, 12/20) – GROSSARD, Histoire de l'Abbaye de Corneux (La Presse Grayloise 1904, 1905) – IDEM, Le Petit Corneux, ibidem 1905, 1906 – MOREY, Une colonie agricole au XII^e siècle (Academie de Besançon 1876/77, 49/61) – IDEM, Histoire de l'Ab-

baye de Corneux, Gray 1899 – ROBERT (v. Belchamps) II 212, 309 – SUCHAUX, Dictionnaire historique, topographique et statistique des communes de département de la Haute Saône, Vesoul 1866, I 90/91 – E. VALVEKENS, Autour d'une élection abbatiale à Corneux (Anal. Praem. XI 1935, 17/26) – W. WIEDERHOLD, Papsturkunden in Frankreich, Franche Comté (1906) nr. 44, 51, 17.

Series abbatum (Gauthier)

| | |
|---|--------------------------------------|
| Wachelmus 1134/43 | Joannes Marmier 1490–1517 |
| Martinus 1146/47 | Joannes Mathieu 1530–47 |
| Ticelinus 1153/69 | Antoine Perchet 1547–76 |
| Petrus | Sulpitius Hébert 1576–84, res. |
| Gervasius 1185/1210 | Arnulphus Jeannet 1584–1604 |
| Radulfus 1225 | Franciscus Boulle 1604–07 |
| Gulielmus 1232 | Nicolaus Vernerey 1608–26 |
| Pontius 1253/61 | Franciscus Oudeau 1626–27 |
| Hugo 1263/67 | Claudius Barberot 1627–28 |
| Guido le Pélerin 1270/82 | Hieronymus Leblanc 1628–39 |
| Joannes 1282 | Franciscus de la Fosse 1641–60, res. |
| Reginaldus 1283/1308 | Claudius Mitaïne 1660–62 |
| Gulielmus d'Echevannes 1314/17 | Fridericus de Biseaux 1664–79 res. |
| Guido de Faverney 1319/24 | Gulielmus Laurent de Visemal |
| Joannes de Fondremand 1328/52 | 1680–1717 |
| Odo 1352/53 | Claudius Fonfroide du Sauzet |
| Reginaldus de Mathay 1355/60 | 1718–25 |
| Guido de Fraisans 1364–85 | Henricus Joseph de la Bruyère |
| Pontius de Pierrejus 1392–1413 | 1725–56 |
| Girardus d'Arc 1415/26 | Jacobus Tranquille de Belloy |
| Jacobus de Beaujeu 1437 | 1756–73 |
| Girardus Lanternier | Antonius Querrenet de Villardièvre |
| Joannes Jouffroy 1460/79 | 1773–90 |
| Joannes Prévost 1488–89, depos. | antea abb. in Moncetz |
| Inseri nequit: Bartholomaeus 12.. (15. XII. Obit. Prém. ed. WAEFELGHEM) | |

FONTAINE-ANDRE SS. Michael et Andreas

Fons-, Fontana-, Funtana Andree, St. Andreasbrunnen, Gotzhaus zu sant Andreas, Fontanandre, Fontaine Andrei, Fontayneandre, Fontanne-, Fontainne Andrez, -Andrey

Amoenissime sita in colle supra lacum Novocastrensem, prope vicum La

Coudre, hodie suburbium civitatis Neuchatel. Usque ad annum 1848 in principatu Neuchâtel-Valangin, helveticō definitive ab anno 1857. Dioc. Lausanne.

Abbatia fundata anno 1143 a Manegaldo et Rudolpho comitibus de Neuchatel. Filia Lacus Jurensis. Non videtur fuisse monasterium duplex, de putatatio parthenone dependente in Neuchatel vide infra sub praetermissis. Abbas, qui fuit canonicus natus in eccl. collegiata B.M.V. in Neuchatel, ab an. 1476 fuit infulatus. Parochiae incorporatae et administratae:

Cressier et Meyriez. Aedificia medio saeculo XIV amplius et venustius sunt de novo erecta, dedicatio ecclesiae anno 1358, sed anno 1375 ab irruentibus Anglis duce Ingelramo de Coucy omnia sunt devastata et combusta. Conventus ad tempus alibi refugium quaerere coactus est (in Val de Ruz?). Anno demum 1450 reconstructio aedium erat perfecta. Anno 1518 ad intus reformata est canonica, et anno 1530 a gubernio Novocastrensi suppressa. Maior pars communitatis novatoribus restitut. Anno 1538 bona et aedes sunt alienata, canonica paulatim concidit in ruinam. Saeculo XVIII adhuc existebat pulchra ruina ecclesiae. Medio saeculo XIX turris tamquam ultimum eius residuum est destructa. In specioso horto est situm, subsistunt adhuc duae alae, domus abbatis (1526), stabulum (saec. XIV) et puteus quidam gothice exornatus, vulgo „Fons Andreæ“, qui canoniae nomen dederat, et qui medio aevo tamquam miraculosus habebatur. Anno 1955 abbatia adquisita est a Fratribus Scholarum Piarum (Maristes).

Archivalia: Arch. Cant. Neuchâtel: 500 dipl. 1153/15.. Bibl. Pastorum ibidem: 2 obituaria s. XIV/XV – BMun Nancy MS 992/1755, 113/32.

Bibliographia: BERGER 3102 – BRACKMANN Helv. Pont. 201/03 – CALMETTE/ CLOUZOT cf. ind. 564 – COTTINEAU 1171 – Dict. Géogr. Suisse II 119 – DHGE XVII 828 – FRERBERN I/V cf. indd. – Gall. Chr. XV Ed. Haureau 409/12 – GOOVAERTS I 9, 138, 575, II 80, III 111, 127 – HBL Schweiz III 191 – HUGO I 681 – Lettr. com. Jean XXII 12 322, 22771 – MIGNE PL t. 188, c. 1290 – MÜLINEN I 214/15 – WAEFELGHEM 90 – WICHNER – WIRZ I 23, 102, IV 290, VI 252 – ZAK PAM – ZEERLEDER cf. ind. – J. BOYVE, Annales historiques du comté de Neuchâtel et Valangin (Berne et Neuchâtel 1854/55) I 137/39, 207, 335, 389, 397, 479, II 3, 13, 41, 73, 153, 155, 158, 192, 312, 385 – F. BROILLET, Restauration de l'Eglise de Meyriez près de Morat, in: Ann. Frib. III (1915) 1/14, 199/223 – E. L. BURNET, Essai sur la sorte d'année employée à la chancellerie épiscopale de Lausanne, au XIIe siècle, in: RHV XIII (1905) 207/17, 225/34, 257/62 – F. de CHAMBRIER, Histoire de Neuchâtel et Valangin, Neuchâtel 1840, passim – JEUNET, Essai historique sur l'abbaye de F. A. in: Etrennes Neuchâteloises IV (1865) – L. JUNOD, Histoire de l'église neuchâteloise pendant le moyen age (Musée Neuchâtelois II 1865, 174/77) – G. MATILE, Monuments de l'histoire de Neuchâtel 3 voll., Neuchâtel 1844/48, cf. indices – IDEM, Fontaine André, son ordre, sa règle, ses nécrologes, in Musée historique de Neuchâtel et Valangin II (Neuchâtel 1843) pp. 211/73 – R. MERZ, L'ossuaire de Morat, in Ann. Frib. XVI (1928) 1/17 – F.

de PERREGAUX, Abbaye de F. A., in: Musée Neuchâtelois XXXVII (1900) 77/79 – E. QUARTIER LA TENTE, Le Canton de Neuchâtel, (Neuchâtel 1897/1903) I Serie 3 – M. SCHMITT, Fontaine André, im „Pilger von Einsiedeln“ 1849, p. 266/68 – IDEM gallice apud GREMAUD II 230/35 – Necrologium ed. MATILE v. supra.

Series abbatum (Jeunet)

| | |
|-----------------------------|--------------------------------------|
| Guido 1143/50 | Gulielmus de Vauxtravers 1372/86 |
| Gulielmus 1173/94 | Martinus Bovet 1396 |
| Otho 1214–ante 1220 | Henricus Chalagrin 1418/28 |
| Torumbert 1225/31 | Gulielmus Ramondet 1435/44 |
| Cono ante 1236 ¹ | Petrus des Granges 1444/58 |
| Petrus 1239 | Franciscus Bourquier 1458/89 |
| Nanthelmus 1241/46 | Petrus Nonans 1489/1502 |
| Stephanus 1255 | Conradus Marechal 1502/18 |
| A 1268 | Joannes Tuissot 1518/20 ² |
| Stephanus 1268/78 | Ludovicus Colomb 1520/30, † 1539 |
| Joannes 1279 | Inseri nequint: |
| Richardus 1287 | Tuitbertus (= Torumbert?) |
| Joannes de Cossonay 1308? | Necr. Rommersdorfiense 20. IV |
| Petrus de Lonay 1309/26 | |

GOTTSTATT B.M.V.

Gotstat, Locus Dei

Prope Biel, versus orientem, ad flumen Zihl, juxta vicum Orpund. Kanton Bern, in regione dicta „Seeland“, Dioec. Lausanne, Helvetia. Abbatia fundata in „loco antiquitus dicto Stadowe“ a Rudolfo I. comite de Neuenburg-Nidau. Primum tentamen fundationis anno 1247, quod abbatiae Weissenau fuerat commissum, non successit, post annum 1255 cunctanter tamen est copta et quinquennio post circiter terminata.

Cat. Ninivensis II habet: „Fundata est anno 1263: Locus Dei“. Filia Bellagiae, in posterum vero videtur fuisse sub paternitate Lacus Jurensis. Non erat ibi parthenon, ut falso autumat verbi gratia Leu in opere suo infra citato. Abbates non fuerunt infulati. Decem ecclesias parochiales possedit canonica: a fundatoribus iam receperat extensam parochiam Gottstatt, ecclesias in Kappelen et Bürglen, Sutz 1289, Mett 1305, Dotzingen paulo post, iam

¹ Erat postea abbas in Thenailles (1236), in Braine (1239), et abbas generalis in ipso archicoenobio 1242 (TAIEE 180).

² BMun Nancy MS 992/VIII, fol. 117.

antea Büttenberg, quam administravit excurrendo. Täuffelen 1357, Arch et Selzach, Nidau usque ad annum 1482. Ab initio in monasterio fuit schola, et sepultura comitum de Nidau et de Straßberg, qui fuerunt et advocati eius – post annum 1388 vero civitas Bernensis exercuit advocatiam, Anno 1375, quo fuit devastatum in bello ab Anglis, ultimus comes de Nidau multa ei legavit bona, ea sub conditione, ut praeter abbatem continuo 12 canonici ibi residerent. Comburgensiam habuit cum vicinis civitatibus Nidau, Bern et Solothurn. Saec. XV, praesertim a tempore abbatis Krebs († 1492), disciplina omnino erat collapsa. Anno 1528 a gubernio Bernensi est suppressa. Aedificia supersunt fere omnia. Modesta ecclesia gothica nunc est parochialis protestantium, in canonia sunt variae habitationes privatae. Subsistit in ea pulchrum capitulum gothicum.

Archivalia in StA Bern admixta sunt illis de Nidau. Ibi est etiam Urbarium saec. XV. – Stadtarch. Biel – BMun Nancy MS 992/VIII 117. MSS habentur in Bibliotheca Centrali Soloduri.

Bibliographia: BÜNGER 158 – CALMETTE/CLOUZOT cf. ind. 573 – COTTINEAU 1307 – DHGE XX – FRerBern II/VI cf. indd. (in vol. II sub „Locus Dei“) – GALBREATH 299 – Gall. Chr. Nova, ed. Haureau XV 412/14 – Geogr. Lex. Schweiz II 380 – GREMAUD II 285/88 – HBL Schweiz III 615/17 – HUGO I 745 – Lettr. com. Jean XXII 12789, 12793, 19166, 22525, 49275, 57131/32 – LEU IX 71/72 – LOHNER 488/91 – MÜLINEN I 215/17 – TROUILLAT I/V cf. indd. – WAEFELGHEM 99 – WICHNER – ZAK PAM – ZEERLEDER cf. indd. – P. AESCHBACHER, Das Kloster G. eine kulturhistorische Studie. Biel 1928, 2a ed. 1949 – IDEM, Die Grafen von Nidau und ihre Erben, Biel 1924 – A. JAHN, Chronik des Kantons Bern alten Theils, Bern 1857, 401/03 – E. F. v. MÜLINEN, Beiträge zur Heimatkunde des Kantons Bern VI: Das Seeland, Bern 1893, 234/35 – O. REDLICH, Regesta Habsburgica, Innsbruck 1905, I 293 – A. SCHÖNHERR, Die mittelalterlichen Handschriften der Zentralbibliothek Solothurn, S. 1964 – Solothurner Wochenblatt 1825: 401, 402, 403, 536. –

Series abbatum (Lohner, Geogr. Lex.)

| | |
|------------------------------------|------------------------------|
| Wilhelm 1255 | Bernardus 1384/94 |
| Martinus? 1258 | Petrus 1398 |
| Jacobus 1290, res. | Joannes Mecking 1411/42 |
| Volmarus, an. 1297 „quondam abbas“ | Rudolphus 1445 |
| N. de Sarbachen 1297 | Nicolaus Mecking 1450/52 |
| Cuno 1300 | Joannes Schläfli 1461/70 |
| Nicolaus 1315/17 | Joannes Hebdenstreit 1475 |
| Richardus 1324/39 | Rudolphus 1476 |
| Joannes 1343 | Nicolaus Krebs 1478/92 |
| Nicolaus 1350/52 | Conradus Meyer 1504–14 |
| Joannes Schöbinhut 1354/81 | Christianus Affolter 1518/23 |
| | Conradus Schilling 1524–28 |

GRANDGOURT B.M.V.

Ecclesia de Vallibus, Grandigurgis, Grandgourd, -cour. Vitetur confusio cum prioratu Grandecourt prope Gray in Gallia, qui fuit Cluniacensium (v. Cottineau 1326).

Commune de Courtemanche, juxta limites Galliae, prope Porrentruy, Helvetia. Usque ad an. 1780 dioecesis Bisuntinensis, abhinc Basileensis.

In cunctis fere antiquis catalogis occurrit „Ecclesia de Vallibus“ tamquam canonia virorum, de qua viguit hactenus incertitudo. Quam vero eandem esse ac Grandgourt, novimus ex materia, quam Bellelagienses transmiserunt abbatii Hugo:¹ „Grangourt, latine Ecclesia de Vallibus in Optica Regularium appellata² situm in valle amoenissima. Hic abbates septem olim gubernaculum tenuere, postea prioratus factus est“. Origines huius domus sunt incertae. Eatenus apud omnes auctores maxima erat confusio cum asceteriis ad abbatias Belchamps et Corneux spectantibus³, cum quibus vero nihil habet commune. Referunt quidam (Mülinen, Gall. Chr.) hoc coenobium iam primo pertinuisse ad Cluniacenses, alii canonicos Sti. Augustini ex canonia vicina Lanthenans fundatores laudant⁴, quae secunda opinio nobis videtur probabiliior. Hanc abbatiam normam Praemonstratensem esse amplexam constat anno 1180, sub tutela abbatiae Bellelagiensis. In necrologio Parcensi invenitur die 14a januarii: „Cononis primi abbas in Vallibus.“ Quem cum sciamus vixisse circa annum 1170⁵, ex priore OSA probabiliter factus est primus abbas, et canoniam suam ordini nostro aggregavit. Successor eius fuit ille Radulfus abbas, qui occurrit annis 1182/89. Tamen nec hac mutatione plantatio potuit prosperare, paulo post enim usurpata est a Cluniacensibus monachis de Altkirch, qui tamen anno 1208 eam Bellelagiensibus restituerunt. Abhinc appareat ut prioratus ab abbatia illa dependens, et semper ibi

¹ BMun Nancy MS 991 p. 73, vide etiam 992/1750, 323.

² Id est, Lairuelz, qui p. 395 dicit: „Ecclesia de Vallibus, filia Sti. Martini, coenobium.“ Ex quo insinuat, paternitatem spectasse primitus ad Stum. Martinum Laudunensem.

³ Quod et ego feci in prima editione huius operis. Vide infra apud Vaux-le-Moncelot et Vaux-les-Vernois.

⁴ Ita Hugo et Vautrey. Vitetur confusio cum Lantenac, quod facit Brackmann. Lantenac fuit abbatia OSB in Gallia Septentrionali (Cottineau 1558). Lanthenans vero dependedebat ab abbatia Sti. Pauli Bisuntinensis, ex qua processit Corneolum. Saeculo XII in regione Lotharingiae arctus erat nexus inter Praemonstratenses et canonicos Sti. Augustini, inter quos nulla siebat distinctio. Vide quod dicimus infra in praefatione voluminis secundi, et apud Pierremont.

⁵ ArchN Paris, K 25 nr. 3.

erant expositi aliqui canonici. Parochias vel ecclesias incorporatas nullas habuit hic prioratus. Annis 1595–1629 iterum ab alio ordine erat usurpatus, hac vice a Collegio S. J. Bruntrutensi.⁶ Supressa est Grandigurgis anno 1793. Ecclesia profanata est et solo aequata circa annum 1860. Superest domus prioratus valde pulchra, saeculo XVIII de novo erecta, quae hodie est proprietas privata.

Archivalia: Vide Bellelay. Idem dic de.

Bibliographia: BRACKMANN Helv. Pont. 249 – CALMETTE/CLOUZOT cf. ind. 574 – COTTINEAU 1326 – Dict. geogr. Suisse II 358 – DHGE XX – Gall. Chr. Nova Ed. Haureau XV 530 – HUGO I 761 – JL 16 147 – MÜLINEN I 217/19 – TROILLAT I/V cf. indd. – WAEFELGHEM 101 – A. DAUCOURT, Dictionnaire historique des paroisses de l'ancien évêché de Bâle, Porrentruy 1915, II 139/45 – U. ROBERT, Les testaments de l'officialité de Besançon (Collection des documents inédits pour servir à l'histoire de France) – L. VAUTREY, Le Jura Bernois. Notices historiques sur les villes et villages, Porrentruy 1863/68, II 57/71)

HUMILIMONT B.M.V., SS. Petri, (Pauli et) Martini

Humilis Mons, Humblemont, Niederberg, Marsens, Marcens en la fosse d'Ogo, Marsans, -sing, -singen, Machin.

Ad pedem montis Gibloux in valle rivuli Gerignoz, prope Friburgum Helvetiorum versus austrum, Dioec. Lausanne, Helvetia.

Abbatia, initio monasterium duplex, fundatum anno 1136. Fundatores non fuerunt, ut communiter usquedum fuerat admissum, nobiles „Anselmus, Guido et Burchardus de Everdes-Vuippens, domini de Marsens“, sed. ut probat Courtray in articulo suo citato, nobiles de Corbières, quorum progenies saeculo sequenti nuncupata est Everdes-Vuippens. Filia Lacus Jurensis. Moniales anno 1140 translatae sunt in curiam Posat.

Viginti annos post foundationem canonia translata est in locum vicinum et aptiorem. Fundatores facti sunt advocati, quod munus postremo transiit ad Friburgenses, cum quibus canonia habuit comburgensiam. Cuius benefactor fuit et Theobaldus comes Campaniae, celeber ille amicus Sancti Norberti, qui solvit constructionem primi dormitorii. Confirmationes pontificiae annis 1148 et 1179. Ecclesiae incorporatae et administratae: parochiae Vuippens et Villarsvollard, capella Sti. Nicolai in Marsens. Curias habuit sequentes: Marsens, Mollettes, Posat, Bruyère, Hauteville, Desaley. Felix V. antipapa anno 1441 concessit usum pontificalium. Status personalis huius canoniae

⁶ Porrentruy.

exiguae numquam numerum 12 canonicorum excessit, 1453: 10, 1580: 6 DD. A saec. XV disciplina erat collapsa usque in finem. Anno 1578 monasterium combustum est. S. Petrus Canisius, superior collegii S. J. Friburgi, a Sta. Sede impetravit suppressionem canoniae et unionem illius cum collegio suo in dotationem. Hoc anno obiit ultimus abbas. Conventus, etsi corruptus, omni modo se opposuit suppressioni, et novum elegit abbatem. Sed frustra.

Tres canonici manserunt in loco, quorum ultimus obiit 1585. Aedes monasterii abhinc fuerunt desolatae. Anno 1780 ecclesia, quae erat modica, exsecrata est, et mox parochiani in Vuippens ex lapidibus illius novam sibi construxerunt ecclesiam. Nunc quasi nihil superest.

Archivalia: Arch. Cant. Fribourg, Fonds Coll. Humilimont: 15 dipl. s. XII/XV, item 714 acta s. XIII/XVI. Urbarium, Necrologium 1338/1580, Computus s. XVI, Chronique de l'Abbé Fracheboud 1561/71. – Bibl. cant. et univ. de Fribourg: MSS Chan. Fontaine, Hist. Collegii P. Steinhart 1718 – BMun Nancy 992/1756, 98.

Bibliographia: BACKMANN Helv. Pont. 182/83 – CALMETTE/CLOUZOT 112b – COTTINEAU 1437 – GALBREATH 299/300 – GREMAUD II 55/57, 94, 121, 160, 228/30, 236/42 – HBL Schw. V 32 – HÜFFER 266/70 – HUGO I 845 – JL 13476, JW 9233 – Lettr. com. Jean XXII 22768 – LThK V 198 – MÜLINEN I 219 – PFLUGK/HARTITUNG I 301 – STEFFENS/REINHARDT I 691, 703, II cf. ind. 649 – WAEFELGHEM 110 – WIRZ II 140, IV 293, V 243 – ZAK PAM – ZEERLEDER I 75 – O. BRAUNSGERGER, Beati Petri Canisii S. J. Epistolae et Acta VIII (1581/97) Freiburg 1923, 4, 27, 528, 885 (cf. Anal. Praem. I 314/17) – A. BÜCHI, Urkunden zur Geschichte des Kollegiums in Freiburg (Freiburger Geschbl. IV 1897) – A. M. COURTRAY, Qui a fondé Humilimont? (Ann. Frib. XXI 1933, 194/210, 242/52 et XXII 1934, 37/43, 59/65) – A. DAGUET, Histoire de la Ville et de la Seigneurie de Fribourg, Frib. 1889, 9 sv. – A. DELLION, Dictionnaire historique et statistique des paroisses catholiques du canton de Fribourg, Fr. 1884/1902 – J. J. DEY, Chronique d'Everdes et de Vuippens (Memorial de Frib. II 1855) – IDEM, Fondation de l'Abbaye de H. ou de Marsens (ibidem 94, 121, 160) – F. DUCREST, Le P. Canisius et le Collège St. Michel (Quatrième Centenaire de la naissance du B. Pierre Canisius, Fribourg 1921) – C. FUCHS, Fryburgum Helvetiorum Nythytoniae s. XVII, edd. H. de RAEMY de BRETAGNY (Etrennes Fribourgeoises 1852, 236/45) – J. D. GALBREATH, Les sceaux de l'Abbaye de H. (Ann. Frib. XVIII 1930, 11/18) – N. HIDBER, Schweizerische Urkundenregister I Bern 1863, 534 – J. J. HESLY/J. GREMAUD, Histoire du Comté de Gruyère, MDSRom IX/XI 1851/57) – J. JORDAN La Fondation de H. (Rev. d'Hist. Eccl. Suisse 1971, 121/31) – IDEM, L'abbaye prémontrée de H. (Arch. Soc. Hist. Cant. de Fribourg XII 2, et sep. ibid. 1926) – IDEM, Le journal de Claude Fracheboud, avant-dernier abbé de H. (Ann. Frib. XIII 1 925, 215/31, XIV 1926, 244/57) – IDEM, Le Necrologe de H. (Arch. Soc. Hist. Frib. 1926) – IDEM, Les vignobles de l'ancienne abbaye de H. à Lavaux (RHV XXX, 1922, 285/87) – N. KUENLIN, Dictionnaire géographique, statistique et historique du canton de Fribourg, F. 1832 – LALIVE D'EPINAY ib: Etrennes Fribourgeoises 1808, 127/33, et 1809, 111/13 – A. J. MARQUIS, Le Collège Saint-Michel de Fr., sa fondation et ses débuts 1579–97 (Arch. Soc. Hist. Frib. XX 1969) – F. REICHLEN, Notice sur l'Abbaye de

H. (Revue de la Suisse catholique XXIX 1898, 157/67291/309) – M. SCHMITT, Notices sur les couvents du diocèse de Lausanne (Memorial de Frib. 1855, II 228/37). –

Series abbatum (Jordan)

| | |
|---------------------------------|---|
| Aldricus sive Ulricus 1145 res. | Joannes Girard 1358/86 |
| Haimo 1149/62 | Joannes Darwinier 1388/1403 |
| Martinus 1162/80 | Haimo d'Arney 1404 |
| Otho 1193 | Joannes Mayor 1406/14 |
| Burkardus 1210/12 | Ulricus d'Everdes 1416 |
| Ulricus 1215 | Wilhelmus de Rive 1429–55 |
| Wilhelmus 1217–26, res. | Petrus Olivier 1455–77 |
| Jacobus 1226, res. | Girardus Tabusset 1 ^o 1477–90 |
| Nanthelmus 1232/39 | Perrinus de Gento 1490–91 |
| Wilhelmus 1242/44 | Girardus de Tabusset 2 ^o 1491–92 |
| Burkardus de Vuippens 1247/60 | Joannes V Münch 1492–93 |
| Amalricus 1262 res. | Petrus Gaudillon 1493–1516 res. |
| Jacobus de Corbières 1266/76 | Nicodemus Vincent O. Cist, ex |
| Burkardus 1281/97 | abbatia Hautcret 1516–37 |
| Petrus de Geneveis 1303 | Petrus Chamuffens 1537–53 |
| Albinus 1314 | Girardus Duding 1553–65 |
| Girardus de Vuippens 1315/31 | Claudius Fracheboud 1565–72 |
| Wilhelmus de Riaz 1335 res. | Joannes Chollet 1572–80 |
| Johannes 1340/47 | Walter Duding electus 1580, sed |
| Rudolphus de Morat 1351 | non recognitus. |

Inseri nequeunt (ex necrologio loci. Probabiliter vixerunt ante annum 1350). Stephanus 25. oct., Hubertus 22. febr., Hubertus 26. Maii, Nicolaus 3. januarii.

LAC DE JOUX St. Maria Magdalena

Leona, Domus Dei, Cuernens, Lacus Jurensis, -Jovis, -Cuarnensis, Abbatia de Lacu. Hodie dicitur simpliciter: l'Abbaye. – Aliquando confunditur erronee cum Interlaken, quod tamen erat canonica O.S.A. in ditione Bernensi.

Juxta lacum eiusdem nominis, Canton de Vaud, non longe a limitibus Galliae. Dioc. Lausanne, in comitatu Sabaudiae, ab anno 1536 Helvetia.

Abbatia insignis. Initio monasterium duplex. Fundata et amplissime dotata est anno circiter 1126 ab Ebaldo II Sarraz et de Grandson, mediante fratre suo Bartholomaeo episcopo Laudunensi, amico et fautore sancti Nor-

bert, fundatoris ordinis. Filia Praemonstrati, prima fundatio Ordinis intra fines Helvetiae modernae. Familia fundatorum exinde exercuit advocationem. Confirmatio pontificia 1177.

Moniales circa annum 1140 translatae sunt in curiam Rueyres, de qua infra. Filias genuit sequentes: Bellelay, Fontaine André, et Humilimont. Post remo etiam Gottstatt paternitati Lacus videtur fuisse subditum. Parochiae incorporatae et administratae: Cuernens près de l'Isle. Saint Didier, Orny, Saint Saphorin sur Morges, Ependes. Per saecula abbatia contendit cum illa Sancti Eugendi in Gallia (O.S.B., vulgo Saint Oyen de Joux), quae possederat iam antiquitus multa bona et prioratum in altera ripa Lacus Jurensis, nomine Lieu Poncet, et quae dominium totius vallis et lacus sibi vindicavit.

Iam initio saec. XIV abbatia adeo erat collapsa, ut visitator an. 1324 ibi nil invenerit nisi duo canonicos malae conversationis, et omnia fere bona fuerunt alienata. Abhinc electi sunt pluries abbates ordini alieni. Anno 1480 Sixtus IV abbatiam dedit in commendam Italo cuidam, quod vero duces Sabaudiae et advocati potuerunt avertere. Penultimus abbas fuit episcopus in Belley et canonicus Lausanensis, ultimus denique erat iterum de gremio. Anno 1536 uxorem duxit, reliqui canonici, praeter unum, paternae fidei fideles, emigrarunt. Anno 1542 gubernium Bernense sequestravit bona et canonia suppressa est. Ecclesia facta est parochialis protestantium. Omnia aedificia manserunt intacta, sed an. 1680 fulgure omnia combusta sunt nec amplius reconstructa. Hodie nihil superest nisi pars inferior turris crassae et aliquae arcus claustrorum.

Archivalia: Arch. Cant. Lausanne: Ser. CXC, 4 capsae plenae diplomatum, non dum ordinatae, saec. XII/XVI. Ad 7, 7 bis, 8: 3 voll. MSS XVI (iura abbatiae) – Annales Lacus Jurensis, quos edidit F. GINGINS DE LA SARRAZ in MDSRom I 3, 1842 1/140, nihil habent commune cum monasterio nostro, tractant enim exclusive historiam prioratus vicini Cluniacensium de Romainmotier, in cuius unionem cum abbatia Lacus an. 1521 forte venerunt in archiva illius. Vide BACKMUND MaGeschr 319.

Bibliographia: BLIGNY cf. ind. – BRACKMANN Helv. Pont. 196/98 – CALMETTE/CLOUZOT 108, 112, 118, 129, 138 – COTTINEAU 1535 – FRERBERN II, III cf. indd. – Form. Pr. 305 – GALBREATH 300/02 – Gall. Chr. Ed. Hauréau XV 399/407 – Geogr. Lex. Schweiz I 16, vide etiam editionem gallicam – GOVAERTS II 249, III 142 – HBL Schw. I 44/45 – HÜFFER 13/18 – HUGO II 13, prob. 3/4 – JL 12 943 – Lettr. com. Jean XXII 2572, 3315, 11 861 – MIGNE PL t. 188 c. 1292; t. 200 c. 1150; t. 201 c. 1325 – MOTTAZ I 1/6, II 138/43 – MÜLINEN I 222/25 – Reg. Imp. VI 1, 1845 – STUMPF/BRENTANO II 4463 – WAEFELGHEM 139 – WIRZ II 141, IV 294, V 244 – D. BENOIT, Histoire de l'Abbaye et de la Terre de St. Claude (Montreuil s. Mer 1890) I 502/06, II 62/64 – Cartulaires de la Chartreuse d'Oujon (MDSRom XII 1854) 67, 144 – L. de CHARRIERE, Les dynastes de Grandson jusqu'au XIII^e siècle (Lausanne 1866) passim – R. CLAIR, Saint Pierre de Tarentaise et St. Amedee de Lausanne (Collectanea Cisterciensia XXXVI, 1974, 272/84) – N. DROZ, Histoire de Pontarlier, Besançon 1760, 124/27, 256 – B. EGGER, Geschichte der Cluniazenserklöster in der Westschweiz,

134/43. – F. GINGINS DE LA SARRAZ Mémoire sur le rectorat de Bourgogne, Pièces justificatives (MDSRom Ia, 1838, 172/96) – J. NICOLE, Recueil historique sur l'origine de la Vallée du Joux (ibidem 1840, 275/497) – C. E. ROCHAT, L'Abbaye 1571–1971. Édité à l'occasion du 400e anniversaire de la Commune, Lausanne 1971 – P. M. SCHMITT, Lac de Joux (Der Pilger von Einsiedeln VIII 1849, 258 ff., item gallice apud GREMAUD II 223/28). –

Series abbatum (Mottaz, HBL Schweiz)

| | |
|-------------------------------|--------------------------------------|
| Gosbertus (Prior) 1126 | Jacobus Bonet 1327/33 |
| Petrus de Ponte 1135? | Humbertus Belvas 1334/36 |
| Theodoricus 1141 | Ludovicus de Senarcens 1336/69 |
| Richardus 1143/44 | res., † 1370 |
| Stephanus 1149/57 | Petrus Majeur de Romainmotier |
| Gualterus 1160/79 | 1370/83 |
| M 1180 | Henricus Majeur de Romainmotier |
| Nanthelmus 1190? | 1385/1419 |
| Nicolaus 1193 | Joannes de Jougne 1419/23 |
| Ludovicus 1210/11? | Gulielmus de Bettens 1424/57 |
| Gaymarus 1215/17 | Nicolaus de Gruffy 1458-ca. 80 |
| Humbertus 1219/47 | Joannes Pollens 1480/84 |
| Gulielmus 1249/61 | Joannes de Tornafoll 1º 1484/1504 |
| Guido 1263/65 | res. |
| Joannes de Bretigny 1273/78 | Aymon Jacquet 1509 |
| Radulphus de Monnaz 1283/89 | Joannes de Tornafoll 2º 1509/11 |
| Joannes 1294 | Jacobus Varnier 1513/19 |
| Nicolaus 1301? | Claudius d'Estavayer 1519/34 |
| Petrus de Vennes 1302/18 | Claudius Pollens 1534/36 |
| Gulielmus Boniz 1314? | Inseri nequit: Gregorius 8. I (Necr. |
| Raymundus 1319 | Parcense) |
| Joannes de Lutry 1322/24 dep. | |

POSAT B.M.V.

Poja. Saec. XII vocabatur „Vilar Aldiert“.

Prope Farvagny (Favernach), non longe a Friburgo Helvetiorum. Dioec. Lausanne.

Parthenon, ortus per translationem monialium monasterii duplicitis de Humilimont, in cuius necrologio occurunt 58 sorores. Translatio perfecta est circa annum 1140. Prima magistra Emma sola est nota, post cuius mortem

abbas aliam non iam nominavit. Secus nihil scitur de hoc parthenone, nec notum est quando cessavit. Fuit in posterum, quod fuerat iam antea, curia abbatiae Humilismontis, sub titulo prioratus. Societas Jesu eum acquisivit anno 1580 una cum bonis abbatiae. Superest capella, ad quam vigeat peregrinatio.

Archivalia, et bibliographiam vide Humilimont.

RUEYRES

Rueria, Ruveri, Riuori, Ravoire

Duo sunt loca huius nominis, non longe inter se distantia, in pago Valdensi (cant. de Vaud, dioc. Lausanne, Helvetia). In utroque abbatia Lacus Jurensis habuit domum dependentem.

1. Rueyres inter Chardonne et Corsier, prope Vevey. Parthenon, ortus per translationem sororum de Lacu, circa annum 1140. Occurrit in diplomatis usque ad initium saeculi XIII, deinceps de eo non amplius fit mentio. Probabiliter saec. XIII extinctus est, et bona eius unita sunt sequenti, cum quo saepius confunditur:

2. Rueyres sive Rueret, commune de Puisdoux, in ripa lacus de Bret. Primus etiam appellabatur „Bellavuarda du Jorat“. Anno 1140 Guido episcopus Lausannensis abbatiae de Lacu multa bona dedit in hoc loco, ad aedificandam ibi domum ordinis. Forsitan ibi fuit initio domus formata, seu prioratus. Anno 1249 nempe Roma voluit requirere taxes de hoc prioratu. Abbas Lacus Jurensis protestatus est, praetendens hanc domum modo esse nil aliud nisi curiam ruralem cum capella, ab uno sacerdote et uno converso administratam. Exinde sacerdos ille non iam „prior“, sed magister vocatus est. Ultimis saeculis bona ibi sita ab abbatia laicis locata sunt. Archivalia et Bibliographia: vide apud Lac de Joux.

DUBIA

VAUX-LE-MONCELOT B.M.V.

Juxta Frasne-le-Chateau, non longe a Corneolo. – Vallis Monialium?

Curia abbatiae de Corneux, quo, asserente Hugo II 1029, translatae sunt moniales huius monasterii, quod ut fundatum ante annum 1140, probabilius

initio erat duplex. Atqui ex ampio archivio canoniae de sororibus nihil constat omnino. Si umquam ibi fuit asceterium, certe mox fuit extinctum. Po- stea fuit curia ab abbatia dependens, saeculo XVII adhuc ibi fuit capella cum eremitorio. Sicut Vaux-les-Vernois, de quo infra, saepe eatenus est confu- sum cum „Ecclesia de Vallibus“, quod est Grandgourt. Bibliographiam vide apud Corneux.

PRAETERMISSA

BELLEVAUX

Prope Lausanne. Helvetia. Mülinen II 163, et post eum Waefelghem 28 er- ronee identificant Bellam Vuardam cum Bellevaux. Atqui Bella Vuarda idem est ac Rueyres, de quo vide supra, et Bellevaux semper fuit parthenon ordi- nis Cisterciensis.

CHANCEY St. Robert

Cant. Pesmes, Hte. Saone. P. Dunand, MS 3a fol. 19 Bibliothecae Bisunti- nensis putat hunc prioratum, situm prope Gray, fuisse ordinis nostri et qui- dem Corneolo subiectum. Quem sequitur WAEFELGHEM 54. Revera haec ec- clesia spectabat ad abbatiam Sti. Pauli Bisuntinensis, de qua supra audivi- mus.

LA CHARITE

Hte-Saône, Gallia. Sec. CatMSSBDep XXXII erat O. Praem., quem sequi- tur WAEFELGHEM 56. Revera fuit abbatia O. Cist, vide COTTINEAU 704.

MÜNCHENWYLER

(Villars les Moines). Prope Biel. Dioc. Lausanne. Revera fuit monasterium Cluniacensium, non vero ordinis nostri, ut autumat J. F. Engelhard in arti- culo suo „Die Prämonstratenser-Propstei Münchenwyler“ in Berner Ta- schenbuch 1857 pp. 195/208. Cf. de hoc monasterio apud Brackmann Helv. Pont. 205/06.

NEUCHATEL

Civitas in provincia et juxta lacum eiusdem nominis in Helvetia, Dioc. Lausanne.

Samuel de Chambrier in suo opere „Description topographique et économique de la mairie de Neuchâtel avec des notes historiques“ (Neuchâtel 1840) p. 49 praetendit praeteritis temporibus iuxta vetus castrum et juxta ecclesiam collegiatam in illa civitate exitisse monasterium „monachorum alborum“, contiguum parthenoni cuidam „Ursulinarum“ (sic!) ambo fundata ab Ulrico comite de Neuchâtel, sed propter scandala ab ipso fundatore an. 1206 suppressa. Mera traditio est haec – immo probabiliter phantasia, nullo modo authentice probata. Quoad parthenonem est apparenter falsa, quoad „monachos albos“ forsan fundamentum quoddam habet in refugio, quod possedit abbatia Fontis Andreae in hac civitate. Mülinen II 164 putat, etiam moniales illas „Ursulinas“ fuisse ordinis nostri, sub paternitate abbatis Fontis Andreae. Ideo invenitur et apud WAEFELGHEM 176.

Cum ergo nullum aliud argumentum habeamus pro existentia huius parthenonis nisi vagam illam traditionem, et hypothesim MÜLINEN non magis fundatam, jure merito est rejicienda, eo magis quod abbatia Fontis Andreae post annum 1140 est fundata, et circaria nostra, ut in praefatione diximus, ad amussim et statim decreta Capituli Generalis de abrogatione monialium videtur esse exsecuta. Cui accedit factum, quod in necrologio Fontis Andreae sorores omnino desiderantur.

VAUX-LES-VERNOIS

Prope Montbeliard est sita haec curia abbatiae Belli Campi, quo HUGO I 553 putat fuisse translatas moniales. Sed de illis nihil constat omnino, et Bellus Campus, cuius fundatio perfecta fuit vix ante annum 1145, non iam potest fuisse monasterium duplex. An 1457 abbas Belli Campi ibi erexit prioratum simplicem.

Bibliographiam vide apud Belchamps, et Ch. MATHIOT, Un village affranchi: Le Vernois lez Montbéliard, et l'ancien prieuré de Vaux (MSE Montbel. 1936).

